

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

62. Horoscopvs

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

enim ut olim ita hodie donorum aestimatio est,
sed munerum, ut nisi preces auro suffulcias, amplius etiam irrites. A. Christus aliter, quem precibus nunquam fatigabis, & cui quovis angulo nunquam eris obscurus. B. Sed an expectantium etiam tabulam habet, quam sicubi opus homiue habet inspiciat: A. Iterum tu ad homines de volueris. At memineris Christi negotio nunquam idoneos defuturos: te vero sicubi idoneus videberis, nuspia satis latere posse.

62. H O R O S C O P V S.

A. I Tanté astris nihil in me benevolentiae, nihil æQUITATIS? B. Quid stomacharis? A. Obscero te ades dum mihi, ut cœlo irascamur. B. Cœlo vero? A. Vtique, quod tam inauspicatas nobis stellas vehit. A. Ego vero dudum didici stellas omnes negligere, præter unam illam Iacobi stellam. A. Facile si illas negligere, si à nobis abstinerent, & vitam relinquerent magis tolerabilem. B. Itaque a stellis esse credis vitæ nostræ amaritudines? A. Sic enim ajunt, qui cœlum omne perscrutantur. B. At alij negant, quibus ob id stellæ non succensent, nec vindicant, immittunt. A. O nimium felices! mihi vel maxime devote irate sunt. B. Itané perspexit omnem horoscopum tuum, ut nihil fortunati alicubi latere possit? A. Nihil spei superest, nisi ut quampliū infaustam vitam finiam. B. Quod si tuo arbitrio cœlum volueretur, ecquid Planetis imperares? His enim aūdio orbis imperium

perium potissimum concreditum. A. Vah quid quæris? Saturnus mihi conciliaret artifices, **4** Principes, ♂ Nobiles, ☽ Divites, ♀ Fœminas, ♀ Literatos, ☽ omnium horarum homines. B. Quid si hi omnes faverent tibi, tu vero aut ineptires, aut sane ab ijs ad te nihil redundaret solidi? Mallē itaq; ego si tale quid possum **H** Industriam, **4** Patronos, ♂ Animum, ☽ Opes, ♀ Succum, ♀ Linguam, ☽ Accommodationem largitentur, quibus instructus ubiq; salvus & securus forem. A. Nūmīum impotunus tu es, qui panem tibi vis nasci, non triticum, vinum, non uvas, indusium non linum Itaque ab illis numinibus generaliora petenda sunt, scilicet, Saturnus corpus laboribus assuefaciat, **4** tempus & locum commodum fuppeditet, ♂ robur membris nostris, & feiorem immittat. ☽ è generoso semine nasci, vel cum eo milicerat saltem permittat, ♀ faciei & formæ gratiā adat. ♀ bonam famam & nominis claritudinem conciliet; denique ☽ de opportunitate negotiorum prospiciat, quæ si impetraveris, facile erit quæ desunt adhuc addere. B. Valeat illa tua Astrologia, quæ cum pascete videtur jejunos dimittit, mihi quidem pro **H** Divini commercij meditatio exiit: pro **4** Cœlestis in filios & hæredes adoptio: pro ♂ constans luctæ spiritualis exercitium, pro ☽ Fidei lumen splendidissimum.

N.S.
am ultimis
uro sauficis
is alter, quem
cui quis cap-
dane expedire
cubi opus habet
ad homines deo-
nugatio ambo-
abi idoneus va-
e.

OPVS.

nevolentia
acharis: A. Ob-
lo inscamur. B.
ram iurisperata
o dudum inde-
uam illam lo-
diligere, sian-
ent magis ro-
edis vita no-
gunt, qui co-
At alij negan-
ent, nec vindic-
felices! mli vel
Irané pugnant
ur nichil homina
spei longe, nō
viram suam. B.
voluerem, ecclj
in audio oculo in-
penni

mum; pro Venere Christianæ charitatis flamma;
pro Mercurio sacrorum colloquiorum facundia;
pro Luna, hujus instabilis mundi, & tot adver-
santium vicissitudinum demissa & silens patien-
tia.

63. H A E S I T A T I O .

A. Quid est quod te semper video talem, id est
nullum, ejus cum sis ætatis, ubi Deo &
Reipublicæ serviendum? B. Quoniam res om-
nes sunt difficiliores, quam ut eas quisquam pos-
sit eloqui. A. Deline itaque homo esse, quibus
hæc suprema lex est laborare. B. Atqui sunt la-
boribus sui gradus, sua pondera, quæ dum ex-
amino & inter se confero tempus effluit. A. Ec-
quid tamen præ reliquis placet? Theologia? B.
Nimium austерitatis habet, nimium periculi. A.
Iurisprudentia? B. Mentiri nescio. A. Medicina
vero? B. Pedet locij. A. Philosophia certe? B.
Metuo phrenesin. A. Philologia saltem? B. Na-
tes detergeom? A. Mechanica fortè? B. Esurit.
A. Agricultura? B. Robur deest. A. Venatio? B.
Ferinum est. A. Aucupium? B. Ludicum, A. Pi-
scatio? B. Madefacit. A. Musica? B. Histriónica
est. A. Chirurgia? B. Foctet. A. Pictura? B. Sto-
dos facit. A. Metallica? B. Fumigant. A. Fabrica?
B. Fuligo displaceat. A. Moletrina? B. Streptitus e-
necat. A. Pistrinum? B. Male audit. A. Culina?
B. Apage sordes. A. Fullonia? B. Non sufficio. A.
Textrinum? B. Phylcabiem. A. Laniena? B. Bar-
barum est. A. Coriaria? B. Mori malum. A. Su-
trina?

B Nates no-
ides me. A. Vitri-
na: B. Inquinat-
Lapidicina: B.
Ludibrium, A.
B. Lignei sur-
stant. A. Statua-
Victoribus: B.
displaceat: B. Stri-
Dubia fortuna
Amilite: R. San-
Kris A. Quid d
illa arbore illa
est quod dix
splena esse: si
infantem lico-
nem nec puerum
toniam ferreb-
cis, ob dominus
ita retia, nec sc-
orum satellitu-
mentem venit, ni
tudere. A. Ec-
centiora, tu uni-
tas. Et cum i
un animadver-
mibus illis vi-
as est, cuncti
nus possit til-
oppelis, faller-
entur, paulo
dia erunt, B.